



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXXVI. de religiosis domibus, ut Episcopo sint subjectæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

TIT. XXXVI.

Hoc Titulo & ſequenti agitur de rebus Monachorum & aliorum Religioſorum externis, id eſt, de domibus & monaſteriis, de Xenodochiis, & aliis ſimilibus locis.

1. Quid igitur intelligis per Domum Religioſam?

Intelligitur proprie eo nomine locus conſecratus aut dedicatus, auctoritate Epilcopi, vel ejus, qui in hoc habet auctoritatem Epilcopalem. Vel latius accipiendo Religioſam domum, ſignificat ea locum omnem deſtinatum religioni & divino cultui aut piæ cauſæ, etiamſi per Epilcopum dedicatus non ſit; ut loca ubi ſuſcipiuntur peregrini, ubi curantur egroti, ſenes vel infantes.

c. 4. & ibi Abbas h.t.

can. quidam

XVIII.

queſt. 2.

Hoſtiens.

hic in

Summa.

2. Cui ſubjecta ſunt ejuſmodi domus ſeu Monaſteria Religioſorum?

Epilcopo loci, in quo ſita ſunt Monaſteria, ut & regulariter omnia pia loca & Xenodochia ſeu Hospitalia Epilcopo ſubiſunt. Ideoque Monaſterium juſta Epilcopalia illi Epilcopo debet, in cuius diœceſi ſitum eſt: niſi ea Epilcopus tranſmiſerit, vel niſi monaſterium probet eſſe exemptum.

c. 1. 7. & 8.

h. t. c. 3. 4.

& aliis h. r.

c. 6. h. t. c. 7.

Geod. vid.

Conc. Trid.

ſeſſ. 22. c. 8.

9. & ſeſſ. 25.

c. 8. de re.

R 2

3. Inter form.

3. *Interestne quoad hanc subjectionem Ecclesias seculares & Monasteria?*

Omnino: magis enim obligata Episcopo Ecclesie seculares quam Monasteria; quia seculares Ecclesie sub Episcopo secundum utramque legem diocesanam, & jurisdictionis. Monasteria vero subsunt Episcopo tantum secundum legem jurisdictionis.

Late de hoc Abbas in c. Dilectus de off. Ord.

4. *Cui competit facultas visitandi Hospitia & alia pia loca?*

Facultatem eam Episcopis tribuit Concilium Tridentinum, nisi in fundatione aliter sit cautum, cui non derogatur. Concilium hic §. 2. Ut neque ademptum voluit laicis administrandi & visitandi, si hoc eis a legitime concessum sit.

De Capellis Monachorum, & aliorum Religiosorum.

TIT. XXXVII.

Ad res Religiosorum externas pertinent etiam Capellae & Prioratus, vel dependentes ab ipsis Monasteriis aut ab aliis principalibus Religiosorum.